



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Garnero Priori Locheien.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

LEXOVIAN. EPISCOPO.

GARNERO PRIORI

Locheien.

Epist. 241.

**C**Vm occasione illius indulgentiae quam de benignitate &c. ut *saprà usque ad verbum illud contentos*. Ceterum ne propter hoc alia indulgentiae, quas habes, videantur quomodolibet revocari; significatione tibi præsentium innotescat, quia nos predicam tam tūm indulgentiam, & non alias, revocamus. Datum &c. Kalend. Iunij.

NOBILI VIRO FILIO  
Ducis Austriae.

Epist. 242.  
Imperat ut Regi Angliae ablatam à parte pecunia restituat.  
Vide *saprà epist.*  
230.

**I**N eo sumus officio disponente Dominino &c. ut *saprà usque ad verbum* providere. Sanè quām graves injurias & jacturas carissimo in Christo filio nostro R. Illustri Regi Anglorum à crucis obsequio revertenti Dux Austriae pater tuus intulerit, nullum Christiani nominis professorem credimus ignorare. Quę res tanto profundiis Romanam tangit Ecclesiam, quanto injuria Regi eidem illata in ejus injuriam & ignominiam noscuntur gravius redundare, cū ipsi Regi nondum fuerit satisfactum, licet non credamus à tua memoria excidisse quod (divina gratia inspirante) prædictus pater tuus suum recognoscens excessum, ablatam pecuniam ipsi Regi non solū reddi præceperit, verum etiam te & ab aliis familiaribus suis & fidelibus, qui præsentes aderant, super solutione ipsius pecuniae præstari fecerit corporaliter juramentum. Quia igitur tanti excessus injuriam clausis oculis præterire non possumus, nec debemus, nobilitatem tuam monemus & exhortamur in Domino, atque in remissionem injungimus peccatorum, quatenus tam tuę quām animę patris tui saluti juxta præstitum à te providens juramentum, prænominato Regi pecuniam sine difficultate restituas antedictam, & de injuriis interrogatis satisfactionem congruam non differas exhibere. Alioquin noveris nos venerabili fratri nostro Salzburgen. Archiepiscopo dedisse firmiter in mandatis ut te ad hęc per excommunicationis sententiam in personam, & interdicti in terram, contradictionis occasione & appellatione cessantibus, monitione præmissa, compellere non omittat. Datum &c. III. Kalend. Iunij, pontificatus nostri anno primo.

*Illi scriptum est super hoc.*

**I**Vstis perentium &c. usque ad verbum effectu. Sanè (sicut nobis exponere curavisti) idem Prioratus tuus redditus sufficiens, de quibus pro loci & Prioratus nominis celebritate honeste valeas sustentari, nōn habet. Verū cū tam apud Corne. quām Molernum & Murenum eadem Ecclesia quædam jura & redditus habeat, videlicet hominum & rerarum, quæ voluntate Prioris & Capituli dantur ad firmam, & de firmariis frequenter ad alios firmarios transferuntur, de illis ipsi Ecclesia nullum provenit incrementum: quæ si apud aliquem perpetuò residerent, salva pensione quam Capitulum inde percipere consuevit, aliquod emolumen posset exinde provenire. Vnde nos tam tuis quām Ecclesia tūc volentes intendere incrementis, dumximus statuendum ut completo termino eorum qui prædictos redditus & jura ad firmam habere noscuntur, salva consueta pensione Capitulo ipsi reddenda, tibi & Priori, qui pro tempore fuerit, ea liceat retinere; nisi forrē redditus ipsi tantum per meliorationem acreverint, ut & ipse census debeat augmentari. Decernimus ergo &c. Datum II. Kalend. Iunij.

EPISCOPO ET CAPITULO  
Engolismen.

**A**D audientiam nostram memini-  
mus pervenisse quod quidam Ec-  
clesiae vestrae Canonici, licet ibi non fa-  
ciant mansionem, sed in locis aliis ma-  
jori parte anni pro sua voluntatis arbitrio  
sive rationabilis causa morentur, vel  
etiam circumpositas circumveant regio-  
nes, tamen quoties de terrarum Eccle-  
siae dispositionibus vel Canonicorum re-  
ceptione tractatur, eandem sibi volun-  
tate in contradictione sive procuratione  
terrarum auctoritatem inter ceteros  
vendicare, quam illi qui circa Ecclesiam  
continuè demorantur & servitiis divinis  
assistunt. Vnde, quoniam plus emolu-  
menti merentur accipere qui plus in-  
veniuntur circa ministerium ecclesiasti-  
cum sustinere laboris, ad exemplar sanctæ recordationis Gregorij Papæ præ-  
decessoris nostri, universitati vestrae præ-  
sentibus literis indulgemus ut si tales Ca-  
nonici nullam rationem canonicae pre-  
tendententes

Epist. 243.  
Quod licet ap-  
si terra i quæ-  
rundam finis  
relinere, sed  
Capitulo am-  
qua penitent.

Epist. 244.  
Canonici apud  
Ecclesiam con-  
sidentes, non  
posse inveni-  
gere quae in ab-  
sentibus sed  
statuerint.